



2.
69
gute prif
f

37

AD

DIGNISSIMAM SALUTAREMQUE

**PASSIONIS CHRISTI
CONSIDERATIONEM
IN ACTU
ORATORIO-VALEDICTORIO,**

D. FEBRUARII M DCC VIII.

HORA INSTITUENDAM

*NOBILISSIMOS AMPLISSIMOSQUE MUSARUM
MAECENATES, PATRONOS AC FAUTORES.*

OFFICIOSISSIME HUMANISSIME OVE INVITAT.

M. GODFRID. STEINBRECHERUS, Illustris Schol. Tongavien's PECTOR.

Illustris Schol. Torgaviens. RECTOR.

WITTENBERGÆ

LITERIS CHRISTIANI GERDESII



Vam religiose sacra mysteria a prudentioribus Ethniciis celebrata fuerint, id antiquiora ipsorum monumenta paßim comprobant. Religiosus ille Romanorum Rex secundus Numa Pompilius præter alia sacra rite instituit ac præcepit, ut in omnibus omnino diebus festis, per urbem præcones præcederent, qui quiescere cives & ab operibus defistere juberent, sicut rem enarrat Plutarchus in Vita Numæ, ubi addit: quod hic Numa cives suos decere existimaverit: *Neque audire quicquam rerum divinarum, neque aspicere per negligentiam, sed vacare a cæteris oportere mentemque adhibere, perinde ut rei ad pietatem maxime opportuna, unde & crepitibus, strepitibus genitibusque & quæcumque hujusmodi necessarios vulgarium artium labores consellantur, vias vacuas ceremonias praestare, iusterit.* Id quod etiam prudentissimus ille Pythagoras discipulus ac civibus suis observandum inculeavit: *Ut non per transitum adorarent Deos immortales, sed continuo ex ipso domo, mente ad id parati pergerent.* Romanis ferie adeo sancte habebantur, ut in Tabulis XII. hæc lex a Decemviris decreta fuerit: *Ferius iugia amovento: easque in famulis, operibus patratis, habento.* Quam legem Tullius lib. 2. de Legib[us] explicans, Feriarum, ait, *fesforumque dierum ratio in liberis requietem habet litum, in servis operum & laborum.* Et quamvis Gentilium Bacchanalia celebrata a Christianis merito improbentur juxta ac damnentur, si tamen cum illis illa Bacchanalia, seu geniales iti appetentis quadragenarii jejunii dies (vulgo Carnisprivium, Itali Carnaval vocant,) qui instante Passions Christi tempore, paßim solennissime celebrantur, comparari possunt; a profanis gentibus pudore suffundimur Christiani. Audiamus Oratorem illum Græcorum celeberrimum Demosthenem, qui alapa cæsus in orchestra Bacchanalium a Midia homine opulentissimo impietatis & capitis simul eum accusavit apud populum: *Quod hoc factò & Bacchum & Festum ejus violasset.* Exaggerat accusacionem recitatione legis, quam Eugeoras tulerat, in eaque decreverat: *Ne in Bacchi Fefis liceat vel pignora, vel quicquam, quod sit alterius, capere, ne illorum quidem, qui ad diem non solvissent.* Siquis vero in borum aliquid commisisset, ei, qui passus esset injuriam, jus esset accusandi & conquerendi de eo in concione, in aede Bacchi congregata. Ad extremum Orationis addit Demosthenes, hanc legem ita sancte ab Atheniensibus observatam fuisse, ut Euanđrum quendam damnaverint, nullius alioquin criminis reum, ἥ ὅτι δίκην ἐποιηκεν καταδικασμένον τὸ Μενίππων εἰς ἔχων πρότηρον λαβεῖν αὐτὸν, τοῖς Μισερούς ἐπιδημεύντος ἐπελάσσετο: *Quam quod Menippum a se actione mercatoria damnatum, quum prius comprehendere eam nusquam potuisset, in Mysteriis hominem naclus comprehendisset.* Notatu dignissima verba sunt Baronii, qui in Fastis

Mar-

Martyrum die VI. Januar. p. 25. ita scribit: *Celeberrimam semper fu-
isse Christianis ejusmodi* (Fetti nimirum Epiphaniorum) *solennitatem declarat Cœsarum præsentia, adeo, ut ne impii quidem Princi-
pes ab ea celebritate abeſſent, siquidem Julianus Apostata, qui pal-
lio Christianæ simulacra religionis, latentem impietatem ſudebat con-
tegere, cum eſſet in Gallia, voluit ea die cum cæteris Christianis fa-
cias intereffe mysteriū, ut scribit AMMIAN. MARCELL.
Lib. XXI. Id ipſum preſtit Valens Imp. Arianus, ut de eo scribit
GREG. NAZIAN. Orat. in Laud. Baſili. Viſus enim fuſſet
a Christiana fide prorsus extorris, qui tantis ſolemnibus non aderet.
Theodosius Imp. ſic bujus diei celebritatem coli juſſit, ut ſeptem die-
bus, qui praecedunt, ac totidem, qui ſubsequuntur, judicialem ſtrepitum
conticescere juſſerit, I. II. C. de Fer. Hoc BARON. cuius verba etiam
leguntur apud SPOND. T. I. Annal. Ecclef. A. C. I. n. 8. fol. 12. Conf.
Hildebrand. in Tract. de Sacris publ. & diebus festis C. 4. Proh
DEUM immortalem! quanta hodierno, tempore imprimis fan-
tatiſimo, impietas, quanta heluaciones, feditates, clamores, confi-
etus! plusve impietatis ac flagitiū unquam committitur, quam tem-
pore, quo dulcissimus Servator duriflammam paſſionem mortemque
truculentissimam ſubire coepit? Nimirum Christiani imitamur corru-
ptiſimos Ethnicorum mores, quin! his corrumpentes ſumus, ita, ut fuci
expers Christianus rectius ſuam faciat reſponſionem illam Stratoniſi
Muſici, qui Heracleam civitatem egreſſus, quum portuſillius ac mecenia
circumſpiceret, percutēnti cuidam: quid circumſpiceret? dicebat:
Pudet, ſi videar exire e lupanari. Maxima ſane Christiani orbis pars
hodie Bacchanal est, lupanar eſt, ubi Baccho & Veneri ſtrenue lit-
tur, quid? quod Curios alio tempore, qui ſimulant, Bacchanalia hoc
tempore vivere haud erubefcant, morumque ſuorum corruptionem
palliatuſi, modo provocant ad Majores, quorum iuſtituis omnia ſint
judicanda, adeo, ut quaſi degeneres ſibi viderentur, niſi traditum a
Majoribus morem ac conſuetudinem, quippe quam vel trium anno-
rum violare, capite ab Atheniensibus lancitum olim fuerit, rite ser-
varent. Modo heluantium oculos animosque paſſinat jucunda, fi-
qua eſt, utilitas, ac voluptas egregia ſcilicet! quæ a Bacchanaliuſ
more ſoboriatur, nonne, inquiunt, jucunditas eſt, vino eluere pelle-
re que curas? oculos ſingulis epularum ſpectaculis delectare? gulam
ventremque opimis coenarum deliciis ſaginare? Nares odoratis aro-
matibus recreare? Unde major voluptas, quam ſi quis bene potus
ac vinolentus domum reverſus, in lapides ſcintillante ferro graffetur,
omnemque licet familiam profligans ac proſternens, adulatioñibus
tamen verborumque lenitate excipiatur, dominus patronusque ſalu-
tetur, & crapula oppreſſus, vel in folio vel lepto molli collo-
cetur? Quin eo quidam impietatis ac dementia procedunt, ut
more ferarum ruſantes, canino turpiter vomentes, ſanitatem hoc
iþo procurari, ſtomachum ad lautas epulas capiendaſ aptari, quid?
corpo-*

corpora compotatione oppressa corruptaque ad cultum insequentibus jejuniis ac sacris faciendum, melius preparari palam prounificant. At vero, quid magis impium, turpe magis, Deoque disciplicens esse potest, quam eo tempore, quo Servator noster dulcissimus, nostra salutis ergo recuperandæ, cruciatus exquisitissimos adire, subire, fitire, effurire, mortemque ipsam omnium acerbissimam perpeti cepit, eo, inquam, tempore, omnibus lætitias incessere, more insanientium Bacchanalia agitare, genio indulgere, luxuria diffluere, in plateis vociferari, dimicare, omnibusque vitiorum ac flagitorum fordibus volutari? Sed valeant Epicuri de grege porci? Accuratio rem sanctioris hujus rei rationem habituri Nos, nostræque fidei commissis Discipulis veram viam Temporis, quo vivimus jam, celebrandi, Christique Passionis & digne considerande & salutariter applicandæ præturi, sequentes Mufis nostris Valedicturos, nec sine ultima laude in celeberrimam VVittebergensem Academiam abituros jussimus, quasdam de dignissima Temporis hujus sanctissimi in publico Auditorum confessu habere Orationes, quas sicut & doce & eleganter elaborarunt, ita ad se audiendum Nobilissimos Humanissimosque DNN. Auditores demisse invitant:

I. CHRISTIAN. SAMUEL CLARUS,

Boraccens. Misn.

Qui impias impiorum ferias ostensurus, generatim de Bacchanalibus dicer.

II. JOHANN. PAUL. ZIRCKLERUS,

Prettina Saxo, &

III. PAULUS JACOBUS WAECHTLERUS,

Jutreboe. Saxo,

De dignissima Passionis Christi consideratione verba facturi sunt, & quidem ille stylo Latio, hic Grajo.

IV. MICHAEL SCHULZIUS,

Jutreboe. Saxo, &

V. GEORGIUS HAUSCHILD,

Pirnens. Misn.

Modum ac viam Christi Passionis mortisque in quavis miseria & afflictione morteque denique ipsa, fortiter ac constanter toleranda, subeunda, applicandæ, sunt ostensuri, ille genere dicendi numeris vinclito, hic soluto. Tantum! Scribeb. Torgav. A.O.R. Die XV. Kal. Martii M. DCC VIII.

78 M 437



TA → DOL

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher



WPA



AD
**DIGNISSIMAM SALUTAREMQVE
 PASSIONIS CHRISTI
 ERATIONEM
 ACTU
 VALEDICTORIO,**
 JARII M DCC VIII.
 INSTITUENDAM
*LISSIMOSQUE MUSARUM
 TRONOS AC FAUTORES*
 MANISSIMEQVE INVITAT
TEIN BRECHERUS,
orgaviens. RECTOR.

*ENBERGÆ,
 STIANI GERDESIL.*